



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1561. usque ad annum 1562

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 90118596

§. 12. Naumburgensis Principum Protestantium Conventus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66624](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66624)

Sæcul. XVI. „Patris officio erga vos defunctus omne
A.C. 1561. „studium, ut errantes filios suos ad sa-
„lutis semitam revocaret, impendit, i-
„dem aliquando vobis, totique Germa-
„niæ objicit, quod olim Christus Do-
„minus urbi Jerusalem in Evangelio ex-
„probrabat: „Quoties volui congregare
filios tuos, quemadmodum Gallina congre-
gat pullos suos sub alas, & noluisti. „In-
„terim de comitatis officio, quod vestro-
rum Principum nomine nobis, tan-
„quam privatis hominibus exhibuistis,
„rogamus vos, ut nostro nomine vestris
„Principibus grates rependatis, decla-
„ramus tamen vobis, quod nullius ho-
„noris nisi propter illum, a quo missi su-
„mus, nos dignos existimemus.„ Hæc
oratio non ab omnibus æquali judicio
excipiebatur, quibusdam eandem ap-
probantibus, aliis indignantibus auda-
ciam, qua a Legatis hæc proponebantur:
exinde vero ortum, quod Protestantes
unioni in sua doctrina stabiliendæ in
hoc Namburgensi Conventu magis in-
tenti essent.

§. XII.

Naumburgensis Principum Protestantum Conventus.

Thuan. hist. **H**ic ipse conventus ex omnibus ferme
l. 28. n. 7. Protestantibus Principibus consta-
Pallav. l. 13. bat; aderant enim Fridericus Elector
6. 3. n. 8. Pala-

Palatinus, Augustus Saxoniæ Elector, **Sæc. XVI.**

Joannes Fridericus Saxo, Wolfgangus **A.C. 1561.**

Palatinus, Ernestus, & Philippus Brun-

svicenses Duces, Ulricus Megalopolita-

nus Dux, Christophorus Dux Wirtem-

bergensis, Carolus Badensis Marchio, &

Ernestus Hennebergæ Princeps: Infu-

per intererant Joachimi Brandenburgici

Electoris, Joannis, & Georgii Friderici

Brandenburgici, Philippi Landgravii, Bar-

nimi, & Joannis Friderici Pomeraniæ

Ducum Legati, pluresque alii: porro Da-

niæ Rex, & Luneburgici Principes

duntaxat literas benevolentiae, ac con-

junctionis suæ in ea cauffa testes mife-

rant: cum autem Concilii Generalis

celebrandi fama percrebuisset, atque

Confessioni Augustanæ addicti accusa-

rentur, quod in suis opinionibus inter-

se discordes ea, quæ alii pertinaciter

amplectuntur, alii aperte impugnarent:

eapropter omnes una congregati Prin-

cipes duo capita in deliberationem vo-

carunt, & quidem primo sanxerunt, ut

omnes illi, qui sese ab Ecclesia Romana

segregarunt, in eadem fidei professione

convenirent, eoquod alias Catholici ju-

re merito illos condemnare possent,

quin illos falsitatis redarguere valerent,

cum proprii ipsorum Doctores se invi-

tem tanquam hæreticos traducerent,

prout in nupero Wormatiensi colloquio

factum

Sæcul. XVI. factum esset. Alterum erat, an a Pro-
A.C. 1561. testantibus Concilium adiri, aut omnino
 recusari expediret.

§. XIII.

*Diffidia Protestantium in hoc con-
 ventu circa Confessionem Au-
 gustanam.*

Acta Naumb. Circa primum articulum statim ingens
Conv. apud erat verborum contentio; quippe
Hospin. 1561 nonnulli, cum hanc Ecclesiarum dissen-
p. 280. & seq. sionem nullatenus fidei summæ adver-
 fam crederent, contendebant, quod o-
 mnino tanquam doctrinæ fundamento
 standum esset Confessio Augustanæ,
 præcipue illi, quæ Anno Christi millesi-
 mo quingentesimo trigesimo Caroli V.
 Cæsari porrecta, & rursus eo fine fuit
 confirmata, ut postea per Electores, a-
 liosque Principes ad Ferdinandum Im-
 peratorem, quem Catholici Protestan-
 tibus valde infensum reddebant, trans-
 mitteretur: igitur hanc solam postea
 Ecclesiarum suarum nomine in Synodo
 proponi, eique ab omnibus subscribi pe-
 tebant, ne tunc, si singuli suam seorsim
 fidei professionem exhiberent, majori
 ludibrio, ac contemptui hujus confessio-
 nis socii exponerentur: Tum vero pro-
 latis confessionis præfatæ exemplaribus,
 diversisque editionibus illam præpri-
 mis,